

www.e-rara.ch

Signa casti amoris

Irrbisch, David

Friburgi Helvet., 1654

Bibliothèque cantonale et universitaire Fribourg

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-141442>

Signum X. Amor divinae, odium mundanae sapientiae.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Sed quantum Genitrix super omnes
Maxima, tantum

Diuin^o placuit præ Genitrice Puer^o
Illum animis rapiunt, illius in oscula
pendent, (mori.

Hujus in amplexu vellet vterque
Prima ita nox acta est: quas altera,
tertia, quarta

Delitias dederint, prima docere
potest.

☞:○○:☞

AETERNÆ cum IESU amicitia

SIGNVM X,

AMOR DIVINAE, ODIVM
MVNDANAE SAPIENTIAE,

Exemplo S. Laurentij Iustiniani.

Fasti Mariani ex Surio. 8. Ian.

*Annus agenti IVSTINIANO decimum no-
num induta Virginem Diuina Sapien-
tia amplexum tulit & osculum. Ab eo
tempore omnis illi Mundus desipere, vna
sa-*

*sapere Religio, IESVS, MARIA,
VIRTVS. In ore illud crebrò habuit:
eam demum esse veram Sapienti-
am, scire Deum omnia esse, at ni-
hil Hominem: & illud, celo excludendos
omnes fore opulentos, nisi eius Ianitores
Pauperes piâ manu corrumpent. Porrò
moriturus plumas respuit, memor quàm du-
ro lectulo Iesus obiisset. Et tamen sine plu-
mis in Celos euolauit, Anno 1410. &c.*

S O D A L I S.

EGregium Lumen Venetæ Laurentius
Vrbis

Est & Parthenij lucida Gemma Chori.
Flore iuuentutis primos vernante
per annos

Nescio quæ nõ se digna secut⁹ erat.
Comere perfusum myrrhâ fragrante
capillum (ra fuit.

Ad Speculi normam, maxima cu-
Ut deceât nullâ marcëtia pallia rugâ,

Calceol⁹ cœni ne temeretur aquâ,
Purior vt niuibus facies candescat,
& ipsi,

Et pariter famulis cura duob⁹ erat.

Addidit his artes: citharam non.
mollior alter (choros.

Percutere, ingenuos non agitare.
Gratia nec iuveni facūdi defuit oris.

Cuncta facit vultus nobiliora bono.
Spes etiā supra pueriles cōcipit ānos,
Nunc placet armatā gloria parta
manu.

Nunc animum dulcis popularis sibi-
lus auræ (togæ.

Tangit, & vrbane factio pulchra
De Superis aliqua est, plerumque
sed vltima cura, (istud agam.

Et quoties memor est, cras, ait,
Nocte ferè mediā, thalamo dum som-
nia captat, (sus erant)

(Lætāque nescio quis somnia plau-
diua puellares habit⁹ *Sapientia* fingens
Virgineum iuuenis constitit ante
torum.

Omnia digna Deā, grauitas gradien-
tis, odorque,

Et non humanum, gemmea vestis,
opus.

Formaque præcipuè puris intactior
astris, (esse Deam:

Vt quisque adspiceret, prodidit
Quæ foret, ambiguum juvenem du-
bitatio mouit, (sui est.

Mox tamen eloquij pondere nota
Tanta subest dictis grauitas, Sapien-
tia tanta, (suis.

Tam stant momentis omnia verba
Nec malè facundus, quæ dixerit, or-
dine possim, (Dex:

Nec fas mortali est verba referre
Summa tamen fuit hæc: rerum quas
ille sequatur,

Ostendit dubias, instabilésq; vias.
Quàm citò formosi carpatur floscu-
lus oris, (comæ.

Quàm sit adornandæ friuola cura
Quàm citò opes pereant, dominis
pereuntibus vnà, (gna loco.

Quàm fragili insistant omnia ma-
Si tamen hæc mens est grassari ad
maxima, dixit,

Quæ sint proposito digna, doce-
bo, tuo. Ma-

Maxima res *Virtus*, studijsque virili-
 bus apta est,
 Transfer in hanc studium mollis
 inane comæ.
 Maxima res *amor* est, dulcem qui
 stringit *Iesum*,
 In curas citharæ transeat ille tuæ.
 Maxima res ego sum *Sapientia*, cernis
 ut ipse,
 Et sum præforma iure colenda tibi.
 Dicitis amplexus subiecit, & oscula
 Virgo,
 Qualia virgine^o carpit & ipse pudor.
 Euigilat juvenis primo Titonidos
 ortu,
 Et vigil, âh! *Iesv*, dixit, & ingemuit.
 Accurrunt famuli, speculi fert ille
 nitorem,
 Crinib^o ornâdis ille ministrat ebur.
 Et speculi auerso *Laurentius* ore nitorê,
 Atq; refutatum pectinis oditebur.
 Purpura profertur, tunicam putat
 esse molestam,
 Aurea promantur, ferrea texta
 putat, Re-

Respicit effigiem *Christi* (pendebat in illo

Christo ab exiguo stipite fortè loco)
Respicit, & quamquam voces vix inuenit, ille

Nudus, & auratâ veste ego cultus ait.
Exquirunt famuli, quid mentem vulneret ægram,

Vulneris ad nomen respicit ille
Crucem.

Atque oculis *Christum* signans lacrimantibus, inquit,

Quam doleo, plagam vulneris ille gerit.

Vnus & ex illis proiectæ vernula linguæ,

An sapiat, quærit liberiore joco.
Tempore desipui multo, *Laurentius* inquit,

Quî sapiam, nox est ista magistra mihi.

Addita proposito est constantia,
quàmque peregit

De reliquo, tota est tradita vita Deo.

Per-

Pergunt Mariani Fasti. l. c.

Cum se LAVRENTIVS ad Religionem recepisset, fuit, qui, cum familiaritate (quæ ei cum ipso intima erat) destitutum se indigne ferret, ad septa Monasterij cum Sodalium Citharædorum acie veniret. Sed perripit LAVRENTIVS, captumque verbis Sodalium in sua iurare verba, manusque dare Religioni cœgit; plaudentibus utique superis, quod iam Theseus Pirithoum suum, non ad Orcum, sed ad cælum comitaretur. Hæc ibid. Tu ipsas forsitan citharas audire malles, candide lector, quibus inter Laurentium, ipsiusque tentatorem Socienum, pro virili utrinque certatum, ac pro victoria lusum est. Atque utinam hîc omnes aures arrigant, quicumq; blandientium Mundi Sirenium nugas putant esse aliquid, ut meliora sequi & amare discant. Hoc igitur Divinam inter LAVRENTII, & Mundanam tentantis Socij Sapienciam certamen erat.

PALPO MVNDI. ECHO CAELI.

A More cor Cupidi-
nis, **S**ed esto triplex
Gratia

Teloq; sauciatur, Te suauietur ore,
Et ore triplex Gratia Quid est pericu-
Os hoc suamatur. losi? (amore?)

Hoc Gratiarū

P. M.

E. C.

Calore v̄as temperat Ah! ah! in ipso na.
Adhuc iuuet̄a letas; scitur (flore;

In flore formosissimo Aetas metenda

Beata vernat etas Vbi læta vena tūc
erit (lore?)

Quo dixeras ca-

P. M.

E. C.

Capillus astris clarior, Si quando Mortis
Et quicquid vsque forfice (lus,

clarum; Tōdebitur capil.

Lapill^o ardēs circumit An nō cadet cum
Per marginem co- vertice (pillus?)

marum, Tam plumbeo la.

P. M.

P. M.

Decore mixta purpura
Vultum genasq; cin-
git :

Cruore vestes muricis
Serena flamma pin-
git.

P. M.

Odore vinco cinnama,
Sponsasq; luliorum;
Lepore charus omni-
bus,
Et alpha filiorum.

P. M.

Gramen, rosæq; , &
candida

Citò perit pruina:
Stamen mea vitæ be-
ant

Cantus, puella, vi-
na.

E. C.

Pallebit olim pur-
pura

Emortuo decore,
Cùm purpurabis
luridas (re.
Vestis tuo cruo-

E. C.

Cadaver es quid
ambigis? (dore:
Omnes fugas o-
Tumbam albe Fi-
li introspecte
Quo rideas lepo.

E. C. (re.

Quàm delicata &
fluxa sunt

Rosæ, pruina,
gramen,

Tam fluxa sunt,
quæ prædicas,
Vitæq; molle sta-
men.

P. M.

P. M.

Saporem pomi citrij
 Quid suavius fa-
 menti?

Aut rore mellis Cyprij

Quid dulcius bi-
 benti?

E. C.

Nil est amarulen-
 tius (pore:

Hoc cithrio sa-

Styx ipsa, credo,
 vincitur (re.

Tali maligna ro-

P. M.

In melle quid sit no-
 xium?

Mel nectar est ama-
 num:

In felle luctus toxi-
 cum (num.

Propinat, & vene-

E. C.

O Daue, qui non
 sentias

Tectum latere
 melle,

Quo non amaru-
 lentior (felle.

Est vrna plena

P. M.

Dolore quid me ma-
 cero? (andum:

Nunc est voluptu-

Labore quid detor-
 queor?

Cras forsitan est mi-
 grandum.

E. C.

Metu voluptas
 palpitat,

Et vritur dolore.

Tristatur ipsum
 gaudium

Et frangitur la-
 bore,

D

P. M.

P. M.

E. C.

Colore fulgent auro
Tot sceptris, tot tiam-
re:
Honore penè Numen
est,
Cui tot struuntur a-
re.

Quæcunq; ab au-
ro fulgurant,
Vano micant co-
lore.
Vanique pulvis
Numinis
Non dignus est
honore.

Ad hanc Echonem rupta est cithara Palponis,
qui fractis blanditijs, ad victricem LAV-
RENTII. Suadam captus, Syrenem exiit,
indictoque humanis rebus vale, ipsis in-
foribus Mundanam obtulit Sapienciam,
ut Diuinam beatis vlnis, pleno sinu, cor-
de ipso locaret ingressuram.

